



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statu In Quo Sint Beatorum Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicii diem**

Dévay Biró, Mátyás

[Nürnberg], [1537]

VD16 D 1300

Censura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

fessione, & cum uere credimus remissionem peccatorum nos adeptos esse per Christum, confitemur domino, laudantes ipsius erga nos misericordiam, pro tanto erga nos beneficio ei gratias agentes, incipimus & fratribus, quos uel malo exemplo, in rebus, fama, corpore laesimus confiteri nostra peccata, id est, eos quoquo modo reconciliare. Sane hi fructus sunt fidei. Matth. 3. Facite dignos fructus, qui decent poenitentiam, id est, externe & interne renouemini fidei & bonorum operum nouitate. *Matth. 3.*

PROPOSITIO XXXVI.

Sacrificium ecclesiae est eucharisticum, Christi meritorium.

CENSURA.

Sacrificium ecclesiae est meritorie dupliciter, scilicet praemij essentialis, propter quod proprium meritorium dicitur, & remissionis poenae peccatorum, propter quod satisfactorium dicitur.

CONDEM. CENSURAE.

Corpus Christi est duplex. Naturale & spirituale. Primum sine peccato est. Alterum habet peccatum. Quod est sine peccato occubuit, hostia factum, pro spiritali corpore. Ephes. 5. Ipse saluator corporis, id est, ecclesiae uerae. *Ephes. 5. et 2.* Huius sacrificium est propitiatorium, id est, quod meruit propitiationem peccatorum nostrorum, de qua re in apologia. Essentiale autem praemium corporis Christi spiritualis, est aeterna mors. Ephe. 2. Natura omnes sumus filij irae, tantum abest ut satisfactio esse possit, Essentiale praemium & meritum

p

meritum